

- phitis sensisse: ] diligenter interim explicans, *quomodo Deus videatur, & quatenus.*
- CXII.** Augustinus Paulinæ, anui religiosæ, per eam respondens quibusdam, qui carpebant epistolam ipsius, in qua scripserat, *Deum non videndum oculis humanis*, declarans, variis modis videri Deum.
- CXIII.** Augustinus Romaniano, hortans, *ut otium datum bene collocet.*
- CXIV.** Nebridius Augustino, deplorans illum, quòd nimium interpellatur civium negotiis ab otio contemplationis.
- CXV.** Augustinus Nebridio, *quomodo motus animi nostri à spiritibus septiantur, & ab iis quomodo afficiantur: & unde motus ira.*
- CXVI.** Augustinus Nebridio, *de convictu & secessu altissimo à tumultu rerum mundanarum, ac tranquillitate mentis.*
- CXVII.** Augustinus Nebridio, significans ei, *quantum profecerit in secessu contemplatione rerum eternarum.*
- CXVIII.** Augustinus Januario respondet, docens, *quid agendum sit in iis, in quibus regionum aut ecclesiarum consuetudines variant, & in quibus consentiunt: puta, de sacramentis, festis diebus, jejuniis & eucharistia.*
- CXIX.** Augustinus Januario, copiosius differens *de ritibus Ecclesie, vel iis, quos negligi nefas est, vel iis, qui tollendi sunt, si citra majus incommodum liceat.*
- CXX.** Augustinus Honorato respondens ad illius quinque quæstiones, *de verbis Ps. XXI, [XXII,] 2: Ad Eph. III, 17, 18. Matth. XXV, 2. IIX, 12. & Ioh. I, 14.* quibus de suo addidit sextam, *quæ sit gratia Novi Testamenti: obiter exponens Psalmum XXI, [XXII,] perstringens interim & Pelagianos.*
- CXXI.** Augustinus Probæ, viduæ diviti, præscribit, *quomodo sit orandus Deus.*
- CXXII.** Augustinus Victoriano, presbytero, *consolans eum, ad toleranter accipienda mala, quæ Barbari, in Italiam & Hispaniam incursionem facientes, inferebant sanctis viris & sacris virginibus.*